

**A** ne cui liceret & reliqua. In fine vero episcopis, & clericis, ac secularibus in vniuersum interdicitur. De quibus secularibus ideo facta mentio fuit, quod Grecis mos fuerat, ut non nisi clerici symbolum in ecclesiis cantarent. Patet igitur, interdictum ipsum neminem excludere, omnesque fere Christianos anathemate notatos esse, si synodus ipsa quod dominus expositionis genus (ut creditis) prohibuerat. Amplius, notatu dignum est, Agathonis literas quas (ut supra dictum est) ad synodum miserat, non ab ipso solo sed ab Occidentali ecclesia scriptas fuisse. Ipse namque literis eiusdem testatur, eas una cum ceterum ac. xxv. Occidentalis ecclesiae presulibus conscripsisse, subsignasseque. Praeterea praefatusissimus Nicenus volens ad id respondere, quod Colossensis praefatus attulerat, virgenter videlicet necessitate Romanam ecclesiam declarasse, nullam necessitatem protulit interdicto fuisse excessum, neque ullam prorsus mentionem de ea factam. Quam quidem responsionem in vos retorquentes, dicimus, quoniam in prohibitione illa nullius personae ratio haberi videtur: dico ipsam una ratione de cunctis hominibus debere intelligi, ita ut nulla ratione cuius symbolum exponere liceat: quod tamen constat a multis expositum fuisse. Amplius, eadem ipsa tertia synodus nulla de Constantinopolitano simbolo mentionem fecisse videtur. Aut igitur, quia tunc Nicenum symbolum a posterioribus in ecclesia celebrari voluerat, & sic ipsi delinquentibus, quod potius illud quam Nicenum celebrare solemus, aut eius quodque symbolum fuerat recordata, sed tanquam alterius symbolum contrarium, ob idque non dignum celebrare ipsum postposuerat, quod quidem nequaquam credendum est: aut utrumque pro vno eodemque putauerat, quod eandem veritatem & fidem utrumque significabat, quod quis multis in verbis differret. Si quidem igitur verum est, Constantinopolitanum (ut dicitis) symbolum a Niceno potestatem continere ac altero intellecto, statim alterum subintelligit: ac ideo illud nequaquam fuisse veitum, quod eandem veritatem declarabat: magis sane conuenit, ut credamus interdictum ipsum ad fidem diuersam, & a veritate dissonam referri debere. Ita luce clarius est, cuncta synodorum decreta sancti spiritus gratia fieri, ac ipsum pariter in omnibus esse. Cum autem sextum etiam generale concilium edixisset, ne cui fas esset sanctiones eius euertere, ac aliam sapere fidem, & reliqua palam est, idem concilium vel spiritum sanctum pro eo interpretatum fuisse, declarasseque quoniam modo decretum tertiae synodi debere intelligi, ne cui liceret aliam fidem proferre, hoc est, quod veram religionem euertere, ideoque ne quodque prohibuit, quod minus ad veritatis intelligentiam expositionem fieri debere. Praeterea cum de quibusdam alicuius legis verbis dubitamus, ipsius legislatoris sensum inspicere ac curate debemus procedere, quod quidem vel ex eiusdem legis exordio, vel verbis alijs consequentibus haberi solet. Porro tertiae synodi prooemium hoc constat fuisse, cum patres conuenissent, symbolum Nicenum plegerat, ut sermones extraneos cum eo reuerterent, quodque ipsi symbolo consonaret, eos suscipere et, oppositos autem reuerterent. Menses igitur ipsius legislatoris, hoc est, Ephesinae synodi, quod non ad verba, sed ad scripturae sacrae significationem inspiciebat, nulla alia fuerat, quam ut fidem aliam, vel expositionem fidem veram destruentem vetaret: ut ex Cyrilli literis apparet, quod Niceno simbolo recitato protulit, nos patri confessionem, ac ipsorum intelligentiam lectantes, veram fidem exponimus. Septima quoque synodus veram (inquisitionem) diligentissime sequentes: & infra, Veram fidem quod non facit errare sectantes, Nicenae fidei nihil addimus, & reliqua: Ipsa nihilominus synodus decretum pro imaginibus addidit. Apparet igitur legislatoris ipsum voluisse, ut veritas semper predicaret, ac nulla ratione taceret. Vnum potest mihi venit in mentem, quod controversiae nostrae similitudinem videtur. Sed antequam veniam ad ipsum, unum aliud in medium proferam, quo quidem facilius primum illud intelligemus. Attendite igitur, obsecro, Chalcedonense concilium ita protulit, Leo pontifex maximus a quibusdam grauer inculsa symbolum aliud fecisse, ac aliter fidem exposuisse quam per Nicenum patres liceret. Ne autem in posterum quicquam tale in eum afferat accusationem, ac ipsum reprehendat, synodus haec in eos, quod contra veritatem insurgerent, respondet atque declarat, Leonem ipsum in exponenda declarandaque fide nil contra prohibitionem commisisse: quod quidem nascentibus nouis erroribus, noua diuersaque medicamina sanctis a patribus exhiberi debent. Nam etsi fides a patribus prodita satisfaciatur, quod tamen plurimi veram eius significationem conatur euertere, idcirco conuenit fidem ipsam exponere, magisque declarare. Nam si prout est, pariter ab omnibus coleretur, nulla re alia opus esset, nisi tantum Nicenorum patrum fidem excolere. Sed cum a recta via quod plurimi decerent, ac per anfractus, id est, per viam falsitatis ac erroris vadant, ideo nobis necesse est, veritatis viam ostendere, & caetera. Plura etiam id genus alia, Patres amplius synodus ipsa protulerat, quod ad propositum attinet.